

nempe 1. Concilia. 2. Patrum scripta. 3. Ecclesiæ definitionem. 4. Animarum apparitionem.

*Primum & secundum*, quia infallibilitas Conciliorum nondum ostensa est. *Tertium*, quia hoc ipsum: An Ecclesia (Pontificia nempe) rectè definierit, esse Purgatorium, in quæstione versatur, & est *petitio principii*. *Quartum*, quia ex nullo certo documento innotescere potest, quod apparuerint animæ, & non Diabolica spectra se animas defunctorum mentita fuerint, ut sub illo prætextu miseros homines deciperent.

Restant duo 1. *Scriptura*. 2. *Ratio*.

Scripturæ testimonia vel ex V. vel ex N. T. petuntur.

Ex Veteri, 1. *Sam.* 31. v. 13. 2. *Sam.* 1. v. 12. *Psalms* 37. (aut 38.) v. 1. *Pf.* 65. v. 11. *Esa.* 4. v. 4. c. 9. v. 18. *Mich.* 7. v. 8. *Zach.* 9. v. 11. *Malach.* 3. v. 3. *Tob.* 4. v. 14. 2. *Maccab.* 12. v. 43.

In his omnibus *generatim* desideratur vis Consequentia; Omnibus enim his pronuntiatis positis, nondum infertur. *Et aliquis est ignis purgatorius.*

*Specia-*